Quelle: https://manuscripta.at/?ID=908
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



uiro opari dignatus est. quia
non solum homines verum
et lapides obediunt ei. ad in
star redemptoris ubi qui
dignatus est dicere. si habueritis
fidem ut granum synapis
dicetis monti huic tolle
te de loco et tollet. Gemma sacerdotum ny
colaus spes populorum. Dat sterili pig
nus sterilis prece sollicitatus.

Verum quia multum est
prosequi quanta et qualia
per eum dominus signa et mira
cula ostendere dignatus est. ad
huc super est ut aliquid
parum de sancto uiro loquamur.
Vna dierum uir quidam
et uxor eius simul uenien
tes precesserunt se uterque ante
pedes famuli dei. et obnixe
eum postulantes simul ai
ebant. obsecramus clemen
ciam tuam pater alme
miserere nostri et consolari
nos digneris ex nostra confu
sione quam patimur. quo qui
dem fere per spatium xxx. an
norum in coniugio fuimus.
et filium minime habere
potuimus. Modo uero spera
mus atque confidimus deo ne
raciter. et tue sanctitati ve
nerande pater. quia per
te nobis dominus fructum fer
re concedet. Adhuc sanctus uir
ad celum manus leuauit. et
per dimidiam fere horam ob
nixius orauit. Post hec
manu sua accipiens oleum
de lampadibus in nomine sancte
trinitatis eosdem signa
uit ac dimisit. Dei autem
opitulante misericordia. uterque filium
ad consignandum ad dei
famulum eodem anno de
tulerunt. Quem primum acci
piens vir dei de sacro fonte su
scepit. benedictione quoque auc
ti pater et mater eius cum
gaudio ad propria remea
runt. Reuertentes autem
simul. letati sunt et glorifica
bant deum. quia post tot an
nos filium habere meruerunt